

Ligentur. Item supra cameram materies ex calce & ha-
 rena mixta subinde inducatur, ut si quæ stillæ ex conti-
 gnationibus aut tectis ceciderint sustineantur, Sin autē
 harundinis græcæ copia non erit, de paludibus tenu-
 es colligantur, & mataxæ, tomicæ ad iustam longitudi-
 nem una crassitudine alligationibus temperentur, dū
 ne plus inter duos nodos alligationibus binos pedes
 distent, & hæc ad asseres (uti superscriptum est) tomicæ
 relientur, cultelliq; lignei in eas cōfigantur, Cæ-
 tera omnia (uti superscriptum est) expediatur, Came-
 ris dispositis & intextis, imum coelum earum trullis-
 setur, deinde arena dirigatur, postea aut creta, aut
 marmore poliatur, Cum camera polita fuerint, sub
 eas coronæ sunt subiciendæ, eæq; q̄ maxime tenues et
 subtiles oportere fieri videntur. Cum enim grandes
 sunt, pondere deducuntur, nec possunt se sustinere,
 in hisq; minime gypsum debet admisceri, sed ex cre-
 to marmore uno tenore perducī, uti ne præcipiēdo nō
 patiatur uno tenore opus inarescere, Etiamq; cauēda
 sunt in cameris priscorum dispositiones, q̄ earū pla-
 nitie caronarum graui pondere impēdentes, sunt pe-
 riculosæ, Coronarum autem aliæ sunt puræ, aliæ cæ-
 latæ, Conclauibus, aut ubi ignis aut plura lumina
 sunt ponenda, puræ fieri debent, ut eæ facilius exte-
 rgeantur, In æstiuis & exedris, ubi minime fumus ē,
 nec fuligo potest nocere, ibi cælatæ sunt faciendæ, Sem-
 per enim album opus propter superbiam candoris nō
 modo ex propriis sed etiam ex alienis ædificiis concipit
 fumum, Coronis explicatis parietes q̄ asperrime
 frustissentur, postea autem supra trullissatione sub-